flare: neq; opprimatis inique. Et iterū Dicit. v. dñs de his q; viduas spernit: et abijciit: sicut dñs. Propter hanc aut auctoritatē. Et ad ptem meū dñm laurentiū precessit quedā vidua q; habuerat sex viros perēs q; mantos posset mulier accipere salvo honore suo: ipse q; facetus erat mīdit q; vlt q; ad sepē. Ego sciebat em q; aliū virū deside- rabat accipere: sed verecūdia detinebat. Predicta q; pfirmās Bugj. sup illa vba apli. j. ad Cor. vij. Si dormierit vir eius nubat cui voluerit in dño: ait. Nō dicit p̄m vel secūd vel tertius: nec ergo nob diffiniendū est qd nō diffinit apls vñ nullas debeo dñare nuptias nec eis verecūdia inferre numerositate. hec ille. Ex ppter inquit apls vbi s. Dico aut in nuptiis et viduis q; bonū ē illis si sic pmaneāt sic et ego: qd si nō con- tineāt nubāt: meli⁹ ē em nubere q; vñ. Et Hiero. ad gerūtiā ait. Adolefcentula vidua q; p̄ne- re nō pōt maritū pot⁹ accipiat q; diabolus. Et in eadē eplā narrat de quodā Rome q; triginta viros habuerat q; sepelierat: et de muliere q; sepelierat viginiduos maritos: qui simul iūci sunt mīmonio et fuit magna expectatio ppli q; corū ferret alcey ad sepulcrū. Et tandē vidē ma- ritus: et añ feretū coronat⁹ incedēs cantabat et noīatim viros singulas noīabat. Et subiūgit Hieron. vbi s. Obsecro vt illa testimonia non nouerj q; incōtinētib; miseris subueniāt: s; po- tius lectores quib; pudicitia coronat. Facit in- sup ad viduitatis laudē qd et turtures illā ser- uant. vt em inqt Pbus in lib. de aialib;: et re- fert Albert⁹ magnus in tractatu de vtrūq; po- liticijs. Turtur sicut viuēte marito: nunq; alen- se cōiungit: sic eo mortuo nunq; secūdas nup- tias querit: sed sola incedit: siluas et mēta loca re- quirit: omne p̄sonū refugit: et ex mortui mariti memoria semp gemit. Ideo inqt Bmb. in era- meron. Disate mīeres q;tra sic viduitatis grā q; etiam in auib; p̄dicat.

Secundo dico q; laudabile ē seruare vi- duitatē ppter signū charitatis: vt. s. ostē- dat viro: q;trū amauerat virū suū. Vñ vt refert Virgili⁹ in. iij. Eny. dicebat Dido vi- dua. Ille meos p̄m q; me sibi iunxit amoris. Abstulit ille habet secum seruetq; sepulchro. et Hiero. in lib. cōtra Iovinianū scribit q; Vale- ria nobil⁹ romana que seruo viro suo mortuo nulli nubere volebat: cū rogaret secūdū virū accipere Rūdit se nō posse hoc facere: quia prim⁹ adhuc viuēbat. Quādiu em inq; virerō: vir me⁹ p amorē viuet i corde meo. Et iterū ibidē refert Hiero. q; maritū catonis filia cum noller nū- bere: sed virū defunctū semp lūgeret Interroga- ta quē diem vltimū haberet luctus. respondit Quam et vīce.

Terzio suadeo vobis seruare viduitatē: ppter beneficiū libertatis. Ait em Elop⁹ in suis documētis. Non sit alteri q; lu-

scitū mun⁹ qd vobis o vidue elargi- ri volo d; exhortatiōis. s. ad viduitatez suādā pot⁹ q; ad nubendū. Et b; pmo ppter iudiciū castitatis. Qñ em mulier nubit co- tiens signū ē magne incōtinētie. Vñ Hiero. cō- tra Iovinianū refert: et etiā romane narrant bi- storie: q; portia minor catonis filia cū laudaret apud eā quedā matrona q; cēt bñ monigera: q; tñ secūdū accepit virū: ait. Felix et pudica ma- trona: nunq; pter semel nubit. et Valer⁹ in. q. li. inqt. Qñ mulieres que vno fuerāt contente mīmonio corona pudicitie honorabant. Sci- endū tñ est q; secūdenuptie nō reprobant a deo imo approbant: et in vtroq; testamēto p̄mittū- tanq; licite. c. deus. xij. q. j. Ideo in. capenāt. caa

esse potest. Cum igit vidua sit sua dñā: et in pace viuat et si virū accipiat discrimini se exponat: vt forte inueniat. ritosum vel bestialē ac illā tribus lanternis: melius faciet in viduitate pmanendo. Ideo Hiero. cōtra Iovinianū narrat q; rome quedā nobilis vidua interrogata quare nubes- re noller mīdit: quia bonū habuit virū. Et si se- cūdū accipem aut esset bonus aut malus. Si bonus semp em in timore ne illū pderem. Si malus semp essem in dolore: et post virū bonū aliū malum sustinere nō possem: bis tñ nō ob- stantibus si qua vellet nubere. nubat libero aio. Nō em facit p̄ceptū dei vel ecclesie.

Sciendū q; licet fm ius ciuile mulier infra tēpus luctus. i. infra annū a mor- te viri nubens incurrat infamiā. vt. l. s. secūdis nup. l. j. tamē fm ius canonicū pōt ime- diate post mortē mariti nubere absq; nota infamie. c. sup illa. et c. cū secūdū. extra de secū. nup. Ille tñ mulieres que remanēt in viduitate: ma- gis et cōtes ad buciūenes demōstrāt q; cordi- alissimo amore suū virū diligebant. Ad quod facit illud stupendū et admirabile exemplū qd refert Hiero. in quadā eplā dicens: q; apō in- dos ler erat q; vñ quisq; plures posset habere viros. Erat quoq; decretū q; viro illa que pre- teritis fuisset viro chara: cū marito mortuo cres- mare. Tūc em defuncto corpa cremari sole- bāt. Quā ppter mortuo aliquo viro viros oēs inter se cōtendebāt: et quilibet se magis dilectūz fuisse iurabat: vt cum viro mortuo posset arde- re. Itaq; illa que vincebat: et probabat se magis dilectā: iuxta virū suū accubebat: illum de oscu- lans et amplexans: et ignes appositos penit⁹ cō- temnebat: ostendēs q; secūdas nuptias nulla- tenus affectabat: que cū suo primo marito mo- ri volebat.

Terziū mun⁹ quod vobis relinquo o de- uoce vidue dñat regulatiōis. Ter em regulas seruare debetis. Prima vt mor- tificationis. s. omniū sensualitatis et voluptatis carnalium. Ait em Paul⁹. j. ad Thimo. v. Vi- dua que in delictis et viuēs mortua est. Repbēs sibi ipsis itaq; sunt vidue que odio vacantes come- dunt et bibunt splendide: dormiunt supflue et delinose: poliunt cutē et ornant: licet se vidualib; induant vestimentis.

Secunda regula dñat cōuersatiōis. De- bent em cūtare p̄uersationē boīm q;trū possunt. Et dicere cū p̄s. Ecce elongaui fugiēs et mansi in solitudine. Quicula em terras fugiens est magis tuta q; laqueis nō capietur. Ideo vidue inqt Hiero. eplā. lxxv. Nō ambu- let iuxta te calamistrat⁹ pcurator: nō bistrio fra- ctus in feminā: nō cantoris diabolici venenata dulcedo: nō iuuenis cultus et nitidus: nihil ar- num scenicarū: nihil tibi in obsequio moleiun- gat et. Periculosa ē em mulierū ac viroū con-

uersatio: et nō p̄nt toto corde habitare cū deo q; talib; cōuersationib; delectant. et hospitoliū. et ij. di. Et ideo quilibet vidue dico illd Hiero. ad Eustochiū. Rarus tibi sit gressus in publicis. Item illud eiusdē Hiero. ad Saluinū. Lucto omnes suspiriōes et quicqd rōnabiliter fingi pōt ne fingat ante deum. Tertia regula dñat de uotionis. Debet em esse deuote et familie sue bñ p̄se. Quib; dicit apls. j. ad Thimo. v. Si q; vidua filios aut nepotes habet: discar p̄mum domū suam regere: hoc em acceptū est corā deo. Que aut vere vidua est et desolata speret in deū et instet obsecratiōib; et oratiōib; die ac nocte. Has regulas si seruaueris o vidua maximum in regno colorū premiū cōsequeris. Tales em viduas incāri extollit impator Iustinianus vt virginib; eas ausus fuerit comparare: sicut septū est in atencico de nō digēdo secūdo nubere. s. cū igit. vt. optimū itaq; ubi ait. Optimū itaq; est atq; laudabile dignū rōne: quaten⁹ que se md ad virū venerunt: seruāt inuolantū mortuū: tum thozū. Has em mulieres miramur pari- ter et laudamus: et nō procul a virginitate pon- mus. Qd em dñat debet fm p̄dicta de virgini- bus limitari quo ad retributionē diuinā. Pro cōdusione igit hui⁹ p̄ns: dico omib; viduis et alijs nō cōiugatis q; nubere nō pponunt: q; ser- uare debent illud quod suadet impator in au- tencico. de leno. s. sanctū. di. Sanctū omnes quidē fm q; possunt agere castitatem: que sola possibilis est deo cū fiducia boīm aias p̄sentare. De qua virtute loquēs Salomon ill⁹ pul- chritudinē admirans exclamat Sap. iij. di. O q; pulchra est casta generatio cū caritate. bo- norū operū. immortalis est memoria illius apud deū et boies: et in p̄petuū coronata triumphat. Et hoc ē quod p̄cepit dñs Luc. xij. dñs. Sine lumbi vestri p̄cincti et lucerne ardentes in ma- nibus vestris.

Para tertia hui⁹ f̄mōs de statu mulierū: et de vicis ac vtrūq; capz et de illarū ornatu.

Quarta mulieres mīta a diuersis do- ctoib; pferunt. Propter primā nōq; mulier primus homo peccauit et cie- crus est de paradiso. Gen. ij. Ideo in- quit Salomon Eccl. vij. Inueni amariorem morte mulierē: que laque⁹ venatorū est: sagena cor illius: vincula sunt man⁹ illius. Qui placet deo effugiet illā: qui aut p̄cor: ē capiet ab ea. Et Proverb. v. iterū dicit de muliere. Acuta ē qua- si gladi⁹ dīcep: quia scz occidit boiem in aia et in corpe. et Hiero. inquit. Gladi⁹ ingēs est spēs mulier. Berū. quoq; in quodam f̄mōe ait. Vox mulieris ē serpēis sibilus. Q mulieres de- dere sunt auaricie inqt Seneca in lib. declamati- onū dicens: q; auaricia ē mīliebre viciū. Et Bern. in lib. de improbande viciōib; c. vij. dicit. Pess- auaricie fragili viget in muliere. Qñ dñat q; nō

mine sunt sagaciores et avariores viri. l.ij. §. feminas. ubi glo. L. de his qui ve. era. impe. §. arce. i. si ego. in. f. ad. velle. gloria vero in loco. L. de his q. ve. era. impe. in verbo. o. caui. Deamo q. parat mulierē male berbe: eo q. mulier cito crescit sicut mala herba. Dicit enī glo. in. l.ij. §. de legi. q. rare sunt mulieres bonae: et q. p. minimo decerant. §. q. vero. in. autē. ve. sine p. bibinde ma. debi. Imparor: aut in. l. lex que tu. poros. §. lex. L. de admini. tuto. appellat mulieres imoderatas et inēptas. Mutabiles enī sunt. vii. Virgil. in. iij. Enēdos inq. Tantiū et mutabile q. femina. et Terent. ait. Mulieres ser. mere puen leui sententia sunt. Ideo. L. de spō. l. pater diaf. Plerūq. p. filium femine aduersus p.ia cōmoda iuenit laborare. Prouer. quo q. m. diaf. sapiēs. Circul. aureus in naribus suis mulier pulchra et fatua. et Jacobo benecūtan. c. r. q. sui libri ait. Nō bene secretū mlier tenet: imo reuat. Et. c. l. Nobile cor cūctis et mens est vana puelis. firmū ppositū femina nulla gerit. et Buian. p. mo apologio. femina qd iurat nō violare timet. Diaf. enī in puerbis merico. femina vas dmonū: rosa fetida: dulce venenū. Nam felle plenū vas est qd credis amenū. Quid leui? flamma. fulmen: qd fulmine. venē. Quid vento. mulier: quid muliere. nihil.

Propterea dicitur q. mulieres sunt incōstantes. l. filio. L. de inofficio testamē. De malicia aut mulier inq. Salomon Eccl. viij. Unum virū: scilicet bonū de mille reppit mulierē et oibus nō iuenit. s. bonā. et Eccl. xvj. Nō est caput nequius super caput colubri: et nō est ira super iram mulieris. Nequitia mulieris imurat faciē ei: et obsecat vultū suū tanq. vrsus: breuis ois malicia sup maliciā mulieris. Et itē ibidē scrip. ptū est. Mulier si p. matū habeat cōtraria ē viro suo. B muliere factū est ininū p. tū: et p. illā oīes morimur. et Bug. in qdā f. mone inq. O mulier iter malitiae: via mortis: disciplina serpēis: dyabolus cōsiliaria: fons deceptōis rubigo scōp. mu. sapula aiclaro cū vire: suavis mors: blāda p. cussio: interfectio lenis: p. nico dlicata: libens malū: lapida iugulatio et oīum calamitas rerū. Scōs aut p. bō ait. Mulier ē boia et fusio. In. sariabilis bestia: cōtinua sollicitudo: dom. cem. pestano: viri incōtinētiis naufragium: adulterij vas: aial pessimū: p. dūo grauissimū: asp. in. sanabilis: humanū mancipiū. indefinens p. gna: damnuū quodidianū: ianua diaboli: cau. da scōpionis: sepulchrū dealbatum: vuln. in. curabile. venenū in dulcedine latens: anime cor. ruptela: forma decipiēs: languor: suavis. in. f. eno cordis: et mors manifesta: euacuatio bur. sarum: doctrine impedimentū: perturbatio scola. rium: infamia sacerdotū: confusio religiosorū: honestatis infamia: culpe mater: radix viciorū: et cuiuslibet mali finis et p. natiū Dico. quo q.

in. c. hospitium. l. iij. d. inquit. Non pōt toto corde cū deo habitare: q. seminarū accessib. co. pulat. femina cōscientiā secū pariter habitatio. curit et. De femina aut dicit inq. Iuuenal. lib. ij. satira vnica. Intolerabile nūb. ē q. femi. na diues. Et Salomon Prouer. xij. de conten. tiosa muliere ait. Terra iugiter distillat lacrimas: oīsa mulier. Et Prouer. xij. iterū inq. Mdi. est habitare in terra deserta q. cū muliere litigio. sa et iracūda. Et Rich. in lib. de nuptijs ait. Est mulier rixosa viro pare moris amare. Nocte dieq. modis mille fatigat eum. De crudelitate mulieris ait Lbryf. in quodā f. mōc. Ego enī s. mo nullā ē in hoc mūdo bestia compabile ma. le mulieri. De proditiōe ei inq. Lato. Nā struit insidias lacrymis dū femina plozat. De loq. rate diaf. Pbus. iij. Politico. q. si mulier sit elo. quens nō est vrun alcribendū sed loquacitat. De ogibo ei inq. Esopus. femina femineū nō bñ finit op. Et Origenes sup illud Marb. xv. Ecce mulier ebananea ait. Mulier arma dia. boli: caput peccati: mater delicti: trāsgressio legi. diuine: expulsio paradisi. Et Petr. rauēnas in sermōe resurrectionis diaf. Mulier peccati cau. sa: mali anarū: via mortis: sepulchrū tūl. in. ferni ianua: lamenti necessitas. Lato vtiēdo vi. cebat. Si absq. femina posset ē mūdus cōuer. satio nra nō ēt absq. dijs. Et Cicero quest. q. reypo: ē repudiasset Rñ dū se n. posse vroniz p. bē losophie vacare. Un et Plato qui mulierē non cognouit: inter p. bōs plus de diuinis scripsit. De quo refert Lactanti. lib. iij. diu. inst. aduer. sus gentes: q. de quattuor agebat gratias deo. P. mo q. homo nat. ēt et nō aial b. uctū. Se. cūdo q. grec. pon. q. barbar. Tertio q. athen. is et tpe Socratis. Quarto q. mas pon. q. se. mina. De cui. femine p. ditionib. loquēs Blas. lanus poeta in. iij. lib. sui op. diaf. femina que fecit mendā: et que fert Radice: ramū: et fructū oīis mali Supba auara grossa et austera Venenū: que cor. p. cor. p. intoricanit. Uia iniqua: porta praua infernalis Qñ se pingit: pungit plus scōpione Dulce venenū: putrida senena Arma diaboli: et magnū flagellum Prompta ad malū: et p. fida assultantia Ideo inq. Bern. in doctrina p. ficientiā. Si xpm queris vultū fugias mulieris Ledere coneris fugiendo ne moriaris Si procul astabis animi tibi luera parabis Viuēs lege poli mulieres cernere noli Despice sicillas et magnas: atq. pusillas Ut nullā noscas: nec secū viuere poscas Lū secū loquēs tūc paucis vtterē verbis Sollicita mulcū: studeas auertere vultū Nō bñ munif qui p. spiat vnde scit femina formido sic semp vbiq. perico

Qui cupit eterna celestia regna supna. Sint quasi merore mulieres: sintq. timore Et quasi spinarū puncture visus eorum. femina p. clara facie quasi pestis amara. Et quasi caligo rubigo mortis origo Et p. p. p. d. in. c. derici. et in. c. sequenti. l. r. xi. di. q. derici et religiosi debent eorum confor. na cuitare.

Ed cōtra p. d. p. t. ad d. d. plures do. s. crores cōmēdantes statū mulierū: q. ne cessario fieri debuerūt in adiutorij viro rum. sicut declarat bñs Tho. in. i. p. te sūme. q. r. q. et ideo inq. deus Scñ. q. cū creasset Adam. Nō est bonū hoīem esse solū. faciam. ei. adiu. torium sile libi: et sic p. duxit mulierē. Cui. cred. lenna parer. Quia cū vir p. m. sit fac. de limo: ipa formata fuit de costa ade. et sic de materia di. gniori. Itē adā fuit factus extra paradysum: s. in agro damasceno: vt dicūt doctores sup Scñ. q. et glo. in. l. assumptio. ff. ad muni. et in. c. illud. xl. di. ep. sile hoc d. et ibidē p. glosam. Eva. v. o. in paradiso facta ē. vt in dicto. c. p. r. In laudē aut mulieris inq. Br. viij. de aialib. Mulier viro misericordior: ē. Et. ad. Cor. ij. ait. Paul. Mul. lier gloria ē viri. Et in. l. assiduis. L. q. poti. an pi. gno. ba. d. Quis mulierū nō misereat. p. p. t. ob. sequia que viris p. stant. p. p. t. p. t. p. t. p. t. ip. sam liberozū p. cationē. Et Eccl. xvj. Beat. q. habitat cū muliere sensata. Et. xvj. Mulier. bo. ne bñs vir. Et ibidē scriptū ē. Grana sup grām mulier sata et pudorata. Et Prouer. xij. Du. lier sapiēs edificabit domū suā. Et. vij. c. eius de. lib. Mulier diligēs corona ē viro suo. Et P. o. uerb. vi. diaf. Mulier timēs deū ipa laudabit. Ultimo in laudē mulieris scus refultat q. oī. potens de. de muliere natus ē. Supradicere igit auctoritates cōtra mulieres adducere intel. ligunt de malis feminis: que nō viuūt f. m. sta. rum carū: maxime aut. p. tra vana et dissolutas quarū multe bodieris regnāt t. p. b. q. b. m. i. na. dñs Esa. iij. dicō. P. o. co. q. eleuate sunt si. lie sion: et ambulauerūt exten. colloz nudibus oculorū ibant et plaudēbāt manib. et cōposito gradu incedebant: decalubabit dñs vertice filia. rum sion: et crimen carū nudabit. In die illa au. feret dñs ornatū caldametorū et lunulas: et tor. ques et monilia: et armillas: et mitras: et disci. minalia: et peribidides: et murenulas: et olfaro. riola: et anulos: et gēmas in fronte pendentes: et mutatoria: et palliola: et lintheamina: et acus: et specula: et sindones: et iberistra: et erit p. zona su. niculus: pro cispanti crine caluini: et p. fascia pectorali aliaū. Pulcherrimū quoq. viri tui ca. dent: et fortes tui in p. lio. hec ibi. Ea. p. p. t. diaf. Eccl. ij. Ne gloriaris in vestim. vnq. Nā pecca. tū fuit causa vestim. Sicut enī sol non eget vesti. mento: quia indur. ē suo splendore: dicente p. b. Amicus lumine sicut vestimēto. Nec liliū: q.

indutus ē candore. Marb. vj. Considerate lilia agri et. Sequit. Nec Salomon in omi gloria sua cooptus est sicut vnū existis. Nec ager: q. i. durus est suo virore. Lū. r. q. Si aut senū agri deus sic vestit et. Similiter bō ante peccatū nō egēbat vestimēto: quia instar solis idurus erat luce gratie. Instar lili candore innocentie: et in. star agri virore fructū. Sed p. d. tra innocentia ad. uenit verecūdia de nuditate. Et ideo deus fecit eis tunicas pelliceas. Scñ. iij. id est de pellicibus animalū: vt ostēderet bestialitatem ei. Quia aut homo p. peccatū fuerat vulneratus: et cecatus et in furto deprehensus: ideo tanq. vulnerato liga. rurā adhibuit: tanq. cecato velamē apposuit. Et tāq. furi cauteriū imp. s. l. Tale igit de pul. chritudine vestim. gloriari: quale ēt si aliquis vulneratus gloriaret de eo q. habet ligamē fert. cū. Vel cecatur. et eo q. habet velamē deauratū. Vel fur et eo q. habet pulchrū cauteriū. Unde Bern. ait. Qui gloriat de veste silis est furi qui gloriat de capistro. Quis enī latrone nō expro. briaret gloriante de signo p. latrocinio in fronte imp. s. l. Quo cōsideris bñs Job vilibus in. ducebat. qui ait. c. xvj. sui libri. Saccū confui su. per cutē meā: et similiter p. s. faciebat di. Posui vestimentū meū ciliciū. Sciebat enī q. vana or. namenta portantib. dictū est Esa. l. Sicut vesti. mentū sic comedēt eos vermes. et eiusdem libri xij. c. diaf. gloriāni de vestib. Operimentū tu. um erūt vermes. Itē nouerat q. homo vana vestibus ornat. est sicut caldare demigratū inte. rius: et serico decoratū exteriū. Et sicut sepul. chū depictū qd exteriū lucet et interi. f. t. vt diaf. Inno. de vilitate cōditionis humane. Et mulieres ornate sunt sicut idola in quib. demo. nes dant respōsa fallacia: et exten. radiant auro interius v. o. sunt vile lutum. Un merice diaf. Buri nobilitas lutea si vestiat ollā. Nō tñ hinc sequit. hāc minus esse lutum.

Sciendū tñ est q. mulier se potest ornare triplici ex causa. P. mo p. t. t. viri sui cō. placentiā s. hac intentō: vt marito suo placeat ne et incultu et despecto ornatu: p. t. becat marito suo occasione peccandi cui. alia. Et hoc est licitū si fiat cū moderaminib. de quibus in. fra: et hoc inquit B. plus. j. ad Rom. iij. xvj. dic. Mulier que nupta est cogitat que sunt mundi quō placeat viro suo. Et ita exponit Aug. de cō. secla. di. v. c. fucare. et beat. Tho. ij. q. d. r. ar. ij. di. q. p. t. t. hoc potest mlier aliquid superad. dere vltra decentiā sui status. Qd intelligendū est posse fieri qñ maritus appareret prouus ad adulteriū: vel nollet reddere debitū: et tali orna. tu verisimiliter p. uideret cōtra p. d. tra inconue. nientia: aliter cessante causa cessat effectus. cū cessante de ap. Et ideo inexcusabiles sunt viro. res: que se poliūt et ornant curiosit. licet hoc vide. ant displicere viro suo. Et m. l. ro magis si hoc

ad ipso pbeas. Apparet enim qd tunc sic se ornā
do imoderate facit et superbia seu ex libidine et
vanitate. Itē requirit qd sine suū nō ponat i bio
ornamento sicut faciunt que appetunt magis
placere viris suis qd deo: et maiore habent curā
de ornatu corporis qd aie. Sicut faciebat illa me/
renit de qua legit in vitasparrū qd cū quidā san
ctus epō vidisset eā; maximo ornatu redimitā
et poliray; cepit amarissime flere. Et interrogat de
causa tanti luctus rēdit. Quia ego nō ita studio
placere deo sicut illa hoibz: et nō habeo tantum
studium de ornatu aie: qm ipa de ornatu sui cor
poris. Itē requirit qd ppter tale ornātū nō illaque
ent aliq: et ipa p hoc in adulterium nō incat illabes
re cū aliq: qd non debet discoperiri vnū altare
ad cooperiendū aliud: vt dicit Greg. i. q. j. c. nō est
purāda. Nō em sunt facienda mala vt eueniant
bona: ad Ro. iij. Et solū debem in tātu iuuare
primū i nātū possum sine peccato: aliter nō. xij.
q. ij. c. faciat. Oportet ergo qd et tali ornatu nullū
vilium de peccati occasio: alias sine peccato fieri nō
pōt. Quia vt hō illi p quē scōdālū venit i Nar.
xvij. Et iō multe mulieres dānabunt que dicūt
qd ornāt se vt placeāt viris: qd sic ornate affectant
se videri ab alijs: et demorant i straz ac plateis:
vt sub colore obuiādi vni adulterio idueat mil
le adulteria saltē metalia. Si em haberēt volun
tatē solū placendi viris suis: talibz ornamentis
poterēt in domo vbi habitāt cū ipso mari
tis: qd extra domū vbi demorant cū extraneis et
ab ipis intruē. Cuius oppositū faciunt: et iō talis
ornat magis allicit alios qd viros suos ad amo
rē. De qd oibz patet ipe puniēt tanqz si illa cō
misissent. Quia qui causam dānt dat dānū des
dise videt. c. si. d. inu. et dā. dā. z. l. q. occidit. Sū
bac. ff. ad. l. aq. Et qua rōne cōcludit qd valde
peccat ille mulieres qd etiā solū in domo et tantū
modo causa placēdi viris suis tā lasciuo orna
tu vlt habitū se induit: qd ad nimīā cōcupiscētiā
illos allicit. Quia vt inqz Raymūd in sūma.
Beatus matrimonialis gestus causa saturande
libidinis: est mortale peccatum. D
Ecūdo pōt mulier se ornare causa oculi
tande alicuius fac turpitudinis et aliqua
causa pueniētiā: vt ex infirmitate vel bmo: vt in/
quit Tho. ij. q. ij. q. dicit. Hoc ei licitū: videt si fiat
solū ppter celandā illaz deformitatē. Sicut esset
morfea in facie: vlt nuditas capitis et defectu ca
pillorū et bmo. Quod videt pmittere aplo. j. ad
Lor. ij. di. Que putam ignobiliora mēbra esse
corporis: bio abundantiorē bonorē arcuamus
Tercio pōt mulier se ornare ppter sui statū exi
gētiā. Et b licet facere ppter fluctuandē aliā
mlier: bone cōfite que sunt eiusdē statū. c. d. q. o.
ij. di. Ut em inqz Bug. ij. cōf. Turpis est ois
pars vniuerso nō suo cōgruē. Itē i m dignitaz
tē viri sui: qd mulieres coruscant radice maritoz
rū. §. alia vero. in autē. de sena. Non aut excusat

tas mala cōsuetudo vanari mulierū: quia i m
rationabilis cōsuetudo nō debet accēdi. quod
nō rōne. ff. de legi. Tho inqz dno Leu. xviij. Ju
ra cōsuetudine terre egypti nō facietis. Moran/
dum quoqz qd licet mulier solū se ornare fm ap
probaram et bonā cōsuetudinē altari mulierū
sui statū cū eius ornatū est viciōsus: qm incēti
cuius est ad lasciuā pompā et bmo. Cum mala
intentiōe: nihil pōt esse licitū ac sine peccato.
l. c. v. di. c. nō satis. Et de sen. exco. c. cū volunta
te. Si igit mulier hac se intentiōe ornet vt viros
rum aspiciētū aia ad sui cōcupiscētiā allici
at: cū hoc sit cōtra charitatē dei et prime etiā
si nō sequat alicuius ruina mortaliter peccat: et b
est qd Hiero. in quadā epla inquit. Si vir vel
mulier se ornauerit: et si nullum inde sequatur
damnū iudiciū tū pariet eternum: quia veniē
attulit si fuisset qui biberet. Et idē ponit Lbr. ff.
sup Martiē. Ille aut mulieres que se ornant
nō vt cōcupiscant sed vt cōcupiscant sunt simi
les latroni qui nō vult p se piscari in piscina do
mini: nec venari in foresta eius: sed accōmo
dāt rebz suū latroni audentiōi. Ipe em accō
modant corpa sua diabolo ad pniem animas
rum. De talibus mulieribus ait Hiero. ad sa
cras virgines. Impudicissimū mulierū aspectū
semp in auro: semp in gemis: semp in ornamentis
extrinsecis gloriā ponit. Nō sufficit eis libi
do innata nature: sed occasione querunt exple
re libidinis. Affectant procububio vt oculi vi
rorū aurū cōtemplātes et gēmas tandē figāt
in faciem: vt fumū oculorū suoz: nubes:
facilius incat ad libidinosum incendiū. beclij
le. Si aut mulieres sic se ornāt ex quadā animi
leuitate vel vanitate p aliquā vanā gloriā est
veniale solū: qm talis ornat corū statui est cō
decens et bonest. Et solū ratione vaneleuatiōe vlt
leuitatis defectuosus. Secus aut si in illis glo
ria cōstituunt sine suū magis diligendo illaz
gloriā qd salutem anime: vel gloriā eternam:
vel parare essent facere cōtra pcepta dei vel eode
sic: vt possint consequi illam laudē. In bio em
et simili bz casibus est mortale peccat. vt dedare
beat Tho. ij. q. ij. q. dicit. Et qd patz qd ornat ma
lierū est viciōsus rōne prauē intentiōis. J
Ecūdo est repbēnsibilis rōne inbonesta
tis qm mulier pōrat vestimēta meretr
calia. de qua dicit Prover. vij. Ecce mu
lier occurrit illi ornatu meretricio parata ad ca
piendas aias. Et talis mulier est simulis spale
serpentis qui vt dicit Jsidor: tanta pfulget vari
etate doil: vt in sui admirationē inuenientes ido
cat: et quia piger est: quos cursu inuadere nōde
sui admiratiōe inuenientes rapit: et qm est magis
discolor tanto ē in veneno deterior. Et similis se
mina vanis ornamentis indura corda inueniē
ad se rabi et stupida ac insensata reddit: et sic p
cōcupiscētiā rapit: et veneno male delectat

nio extinguunt qm ē ornatio et pulchritudo tāto
est pniōsior. Talis aut ornat meretricio ē et
te diaboli ad capiendas aias: et ideo sume ē de/
testandū tanqz omīno illicitus ppter inbonesta
tem. Nihil em inbonestū pōt esse licitū cum bo
nestas sit vna de tribz pibus pncipalibz iusti
cie. ff. de iusti. et iu. i. iusticia. §. auri pcepta. Tho
vnū de excludentiō a regno celoz ē impudici
tia: vt refert Paulus ad Gal. v. Ille ergo habu
tus est inbonestū p quem mulieres ostēdunt bu
meros seu pectora qui ē habitū meretricius. vñ
Eccl. xij. dicit. Amicū corporis incessus hominis
et risus dentū enunciat de illo. De talibz mu
lieribus inboneste ornat loquit Hiero. ad ma
trem et filiā ostendēs maliciā qua vniū ad de/
monstrandā nuditatē suam. Et idē dicit. Pal
lolum interdū cadit: vt candidos nuda bume
ros. Et ad furā idē inqz de talibz. Lingua p/
sonat castitatē et totū corpus imundiciā pferit.
Arbitror ego nihil sic exonerare posse mulieres
sicut bonestatem. Et ideo ad Demetriādē virgī
nem ait. Illa sit tibi pulchra: illa amabilis. illa
habenda p socia que nescit se esse pulchrā: qd nes
cigit forme bonū: et pcedens ad publicū nō pe
cus et colla denudat: nec reuocato pallio ceruicē
ceas aperit: vt vno oculo qui vix est necessarius
patenter ingreditur. R
D inbonestates quoqz dicūt quidā per/
a tinere qd mulieres incedāt capite disco
operto. Dicit em aplo. j. ad Lor. iij. q. j.
Debet mulier habere velamē sup caput suū.
Et Bug. in epla ad Possidonū inquit. Capil
los nudare feminas quas et caput velare aplo
tubet nec maritatus decet. Dicit tū glo. super di
cta verba Pauli. et Tho. ij. q. ij. q. dicit. ar. ij. q. pos
sent alique excusari a peccato qm nō facerent ex ali
qua vanitate sed ppter cōtrariā cōsuetudinē: qm
uis nō sit laudabilis. Hoc aut limitat esse verū
quorū supplementū: qm ratiōe cōsuetudinis nō
videre possit dimitti sine scandalo reputabili.
et b agendo nullū dāt occasio scandali vel peccati.
Ex quibz apparet qd peccat ille mulieres: que ar
tificiose se aprant capillos crispantes: vel mo
re masculorū illos componētes et cesariē sibi fa
cientes. Contra quas et alias vanas et lasciuas
mulieres est apli pceptum. j. Pet. iij. dicentis.
Mulieres subdite sint viris suis: quarū nō sit
extrinsecus capillatura: nec arcuatio auri aut
indumenti vestimētorū cultus. L
Tercio repbēnsibilis ē talis ornat muli
erum ratiōe iniuriatiōis. Iniuriā nō
qz facit suo talis mulier que bio orna
mentis et fucandis aliter vult apparere qd sit a
deo creata: vt inquit sanctus Ciprianus: que res
fert beatus Bug. in. iij. de doctrina christiana.
Mulier em vana deū qui fecit illā quasi nō be
necesse cōtendit suis vanitatibz emēdare: qua
si diceret. Dile tu creasti me nigrā: ego me faciā

albā. fecisti parū ego me faciā magnā. Pau
cos mihi dedisti capillos ego addam multos.
dedisti nigros ego faciam albos. breues fecisti
ego longos faciā. tu sine canda me creasti ego fa
ciam me candatam et alarā. tu fecisti me pallidā
ego faciā me rubeā. Contra tales exdamat Esa.
xlv. c. di. Ne qui contradicat factori suo. Cum er
go dixerit dñs Mart. vj. qd nemo pōt capillū
vniū album facere aut nigrū vel addere ad ita
turam suā cubitū vniū: iste suis artificibz cō
nant cū mendacē demonstrare. Et idcirco cū
vultum qui se coloribz pingit nō cognoscit de
qui talem nō creauit. vnde Hieron. illi inquit.
Qua fiducia erigis ad celos vultū quos condi
tor nō cognoscit. Et idē est de portantibus ca
pillos artificiatos et vana gloria. Vñ legitur
qd quedā matrona diues et pulchra valde dele/
crabatur in ornatu vestium et capillorum: ppter
quē multū visitabatur: sed tū ipa nulla tur
pia audire volens omībz honeste respondebat.
factū est autē vt quociqz irer demonē horribi
lem videret sequeretur se. Ad quā visionē tremēta
eta sacerdoti pure confessa et ita qua bñdicta cre
bro se aspergens sed nō in toro fuit liberata licz
ad tempus cam demon dimiserit. Quia ppter ad
quendam sanctū beremita pterit qui facta ora
tione a deo illustrat p reudatione dicit illi. Si
demon ampliū ad te venerit dicas ei. O demon
quicqd in me habeo et inuenies de tuo tolle: et
amplius me nō sequaris. Apparet ergo demo
ni cū dicitur pdicta: statim demon cum furia
marima accipiens capillos cū tora cute capitis et
omī ornatu extrahit et cam semimortuā reliquit
Ex quo apparuit qd talia ornamenta sunt diabo
lica opa. Et ideo inquit Bler. de ales in. iij. pte
sūme in tractatu de eucharistia: qd ille mulieres
mortaliter peccant que coloribz artificianis vul
tum adornāt: vel crines adulterinos porrant si
ue mortuorū sine viuorū et alia bmo faciūt ad
maiorē lasciuā et pulchritudinē ostendendam.
Si vero tali artificio solum vterent ad cooperi
endum turpitudinē seu defectū possent excusari
fm Tho. vbi supra. Sed multe sunt que dicūt
se hoc facere ratiōe celande macule: et id agūt vt
formosiores appareant. de quo iquit Bug. ad
Possidonium. Fucare figmēto quo rubicun
dior vel candidior appareat adulterina fallada
ē: qua nō dubito etiā ipsoz maritoz se nolle de
cipi: quibz solis pmittere sunt semine ornari
fm veniā nō fm imperiū. c. fucare. de conse. di. v
vbi etiā dicit qd vera ornamenta christianorū et
christianarum sunt boni mores non vana figi
menta nec auri aut vestis vel gēmarū pompa
nec supstitio ligaturarum. M
Sic vane mulieres pingentes vultum
cto diuinū incurrunt iudiciū et vindictā
Si em aliquis magnificus impator ali
quā iuuenem in sponsam sibi depolauerit et alio
R R 4

ea adulterari faceret. pfecto illū magno suppli-
cio occidi videret. Quod ergo o mulier vana pu-
tas te vlnone cuadere diuinā que continuo tuo
lenocinio vanitatis nō vnā tēdū: sed multitudi-
nem animarū ipso christo regi regū despon-
satarū per fidē ad multiplicē fornicationem ad-
ducis. Si enī ille qui domū alicui⁹ incēdit de-
bet comburi. l. qui edes. ff. de incen. rui. z nau. z
eccōicari. c. pessimā. xxiij. q. viij. comburēs vero
templū dei: ē ipso facto excommunicat⁹. c. tua nos
desen. exco. Quid de te sciendū ē o lasciuia muli-
er que tot diuina templa quotidie incēdis. Tē-
pla enī dei sunt aīe christianoꝝ. q̄bo inq̄t Pau-
lus. j. ad Cor. iij. Templū dei sanctū est qd
estis vos. Diligit autē deus tale templū sup om-
nia corporalia mundi templa: quia p omībo mū-
di templis incarnat⁹ z passus nō fuisse: sic fe-
cit p aīa redimēda. O impudens mulier tu es
de illis de quibus inquit Dauid deo. Incende-
runt igni sanctuariū tuū in terra: polluerūt sa-
bernaculum noīs tuī. z. iij. Eldre. iij. diaf. Tē-
plum incenderūt idumei. i. sanguinei. s. mulie-
res rubicunde z sanguinolente que nō solūz in-
cendunt alios ppter vanitates suas sed etiaz se-
ipsas. iuxta illud Esa. v. Ecce vos accendentes
ignē in flāmis istis. Et sic incendūt templū dei:
cum sua z aliorū corpa. ppter lasciuā suam in-
flammat. Scriptū est enī. j. ad Cor. vj. Mem-
bra vestra templū sunt spūs sancti.

N Ed multe solent dicere q nō habēt hāc
corruptā intentionē. Quibz ego respon-
deo q cū dent opam rei illi: cū impura-
ri eis debent omnia mala que ex corū causa cuc-
niunt. argumētū in. c. cū qui. z. c. q̄trū. l. di. et qd
notat in. c. sicut dignū. de homic. Et confirman-
tur p dicta p illd qd legī de quadā deuora po-
mina: que in spīritu rapra vidit quadā magnā
comitissam que fuerat ei familiarissima: cuius
aīa portabat a demonibz ad infernū: z ipa eu-
lando plangebat dicens. Deus me infelicē: que
licet fuerim casta: abstīnēs: z misericors: tū dā-
nata sum z p nulla alia causa nisi ppter ornātū
vanū z supfluum quē asserēbā nimio affectu: z
nimia curam circa hoc addidit z admonita ces-
sare nolui. Quedā etiā mulier a paucis annis
attra veniēs ad mortē dixit se vidisse magis cor-
menta que in inferno insigunt vanis feminis.
Et ideo dī. Ezechiel. xx. Unusquisqz offensiones
oculorū suoz abijciat: z in idolis egypti. l. in va-
nis ornamentis nolite pollui.

Ouarto reprobandus ē ornāt⁹ vanaz mu-
lierū rōne trāsgressiōis. Sicut enī stel-
la a stella differt in dantate: vt dicit. j. ad
Cor. xv. ita in feminis debet esse diuersa orna-
menta sūm maiorē vel minorē dignitatem: z di-
uersos carū status. vt inquit Tho. ij. q. q. dicit.
ar. j. quia maiori dignitati maior compenē or-
natus. c. dicit officia. de vi. z ho. de. S3 bodi-

ernia tempore tanta in ornamentis trāsgressio ē
q popularēs z minores concedūt se eque maio-
ribz z pncipalioribz. Et intātū excreuit orna-
mentorū pompa: vt necesse sit magnas dotes si-
liabus dare. Ob quā causā ille q plures habz:
si nubat vnā alie in domo remanēt vsqz quo se-
nescant: vel nō propter deū sed quasi vi monias
les fiant. Taceo flagitia que ex his sequuntur.
De quibz inquit Hiero. ad Eustochiū. Pudet
dicere q quotidie q̄gines ruant: q̄tas de suo
gremio pdat mater ecclesia: ppter quod super se
dera supbus inimicus ponat thronū suū. Vi-
des plerasqz viduas anteqz nupcias: z infelices
conscientiā mentra tū veste ptegere quas nisi
tumo: vteri z infantū pro dicit vagit⁹ erecta
ceruice z ludentibz pedibz incedunt. bec illa. Ta-
les ergo mulieres excedēs status sui gradum
in ornamentis: quo ad supfluitatē vel curiosita-
tem: aut p̄ciositatē z hmoi faciūt contra p̄fessio-
nem quā fecerūt in baptismo in quo renūciaue-
rūt diabolo z pompis ei⁹. Et ideo carū infelices
cōditionē declarat brūo Ciprian⁹ in quodā ser-
mone di. Semine serico z purpura induere xpm
non possunt induere. Auro vel margaritis aut
monilibz exornate: ornamenta cor dīoz corporis
p diderunt. Ut aut inquit Greg⁹. sup Lucā. In
signū q iste vanarū mulierum ac virozū exas-
siuus ornāt⁹ sit damnable loquēs saluator d
diuine in inferno sepulcro dicit: q inducāt quo-
tidie purpura z bisso. Luc. xvj. In hoc aut appa-
ret dementia taliter ornantiū corp⁹: qd est pul-
uis z cinis. Sculptus enī esset qui cinerē z pul-
uerē veller in sacco serico custodire. Et ideo de p-
dicto diuine inquit Chrys⁹ in omel. Linerē z pul-
uerē purpura z bisso tegebat. Ea ppter dīc apls
j. ad Cor. ij. Volo mulieres ornare se habitu bo-
nesto: cū verecūdia z sobrietate: nō in toris ci-
nibus: aut auro aut margaritis: aut veste p-
osa sūm quod deceat mulieres.

Quinto reprobandus ē talis ornatus ra-
tione p̄ditionis. Omissio enī q ppter va-
les pompas p̄dant z consumant bona
temporalia: quia vt possit qd bene ornare vxorē
vendit p̄prietates: accipit ad vsurā z q̄nqz se p-
uat necessarijs ad vitā suā: sicut fecit quidā qui
vendidit vinū z bibebat aquā: vt emeret mani-
cas sericas vxori. Quod deteri⁹ est p̄dicitur ania
ppter tales vanitates. Nā vt eas habere qd va-
leat p vxore sua: facit rapinas z alios illicitos
cōtractus: ita q verificat illa p̄. sentētia. Abys-
sus abyssum inuocat. Abysus. s. vanitātū inuo-
cat abyssum malorū lucrorū. Talis ornatus ē
illa vestis leprosa: que Levit. xij. cōcremari iu-
betur. Et ideo de tali indumento scriptū ē Esa. lx.
Vestimentū admixtū sanguine. s. pauperū: erit
in cōbustionē. Et Hiero. q. quilibet tali mulieri
diaf. In alio tuis inuē⁹ est sanguis aīarū pau-
perū. Jcē vane mulieres nō solū damnant aīas

suas: sed etiā sunt causa dānationis virozū suoz.
q̄o ppter p̄dictas vanitates reddūt impotētes
ad retinendū male ablata z soluendū debita:
q si eis satisfacere nolint vel non possint: die ac
nocte eos molestat nec req̄scere p̄mittūt dīcē-
tes. Talis mulier habet talē vestem: z alia tales
manicas: z ego inter alias apparere nō possum.
Dicit etiā aliq. viri oēs magis diligūt vxores su-
as q̄ vos me. Si enī me amaretis nō pmittere-
tis me a vicijs nostris mibi inferioribz supari
in ornamentis. O insatiabilis mulier: tu es sicut
infernus qui nūqz dicit sufficit: z dilatat os su-
um absqz villo termino: vt dī. Esa. v. Propter p-
dicta z multas alias causas dicit Arcolus p̄b-
i lib. de nupcijs: q vir sapiēs qui vult p̄bie ope-
ram dare nō debet velle ducere vxorem. Et ibi
dem etiā inquit. Q̄ equ⁹: bos z asin⁹: vestis et
fu⁹ z cerera omnia: p̄us vident⁹ z p̄bant⁹ q̄ emā-
tur: sola vxor homini occultat ne forte ante dī-
spliceat q̄ ducatur.

Sexto reprobandus ē mulierū van⁹ or-
natus rōne amissionis. s. ep̄is. Scōm
enī Tho. ij. q. q. dicit. Nīmia sollicitudo
circa ornātū: z si nō sit deordinatio circa sineu
reddit eū illicitū. In hoc aut peccant mulieres
nri tempis: quondie multū temp⁹ amittentes
ad ornandū se z in speculis nīmū respicientes
ac se vagantes. Et cū sic ornate fuerint nō pnt in
domo remanere: sed instabiles z vage querunt
quō ire possint ad spectacula: corāsqz: vt suas
valeant vanitates demonstrare. De quibz diaf
Proverb. v. Pedes eius descendunt in mortē
z ad inferos gressus illi⁹ penetrāt: p semitā vite
nō ambulāt. Vagi sunt gressus ei⁹ z inuestiga-
biles. Et. vij. eiusdē lib. c. scriptū ē. Garrula: va-
ga: quicquid impatiēs: nec valens in domo consi-
llere pedibz suis: nūc foris: nūc in plateis: nunc
iuxta agulos insidiās. Videl⁹ q̄ta mulier hīc ca-
put plenū argēto vīuo: sic cōpertū fuit caput cu-
iusdā vane mulier⁹ dicto argēto repletū: qz cōvte-
bat infucādo vultū ex q̄ mortua ē. Jō tali muli-
eri vane dī. Hiero. xxxj. Vsqz delinqs dissolue-
ris. Tales mulieres sūt ille q̄s abominat⁹ de⁹ p̄p-
eaz lasciuā. Vn p̄. xxx. dī. Odisti obfucātes va-
nitates supuacue. De ist⁹ dissolutē semia p̄ dīc
illd. iij. Reg. xvj. puocātes deū i vanitatibz suis
Marie at ad irā p̄citāt deū iueniētes nouas z i-
usitatas adornatiōes vanas: p̄ferti illas i q̄bus
multū laborat: cū nulla vel pua vilitate. Non
solū enī illas portātes: s3 etiā faciētes z vedētes:
seu alio alienātes: dinam offensā incurrūt. vt dī
i sūma d vicijs. Et etiā a Ray. ponit i sūma li. ij.
ci. d nego. secu. De iduētibz ist⁹ vestes isolitas
inq̄t dñs Sopho. j. Vsiabo sup p̄napez sup
filios reg⁹: z sup oēs q̄ iduri sūt veste p̄grina.
Marie at exose sūt dō mulieres ille q̄ bitu virili
vrit. septū ē enī Deut. xxxj. Nō iduef mulier veste
virili: nec vir vtef veste feminea. Abominabilis est

apud deū est qui facit hoc. Taliter etiā indui p̄-
bibet mulieribz sub pena excoicationis. c. si qua
mulier. xxx. di. Jste in honeste delatiōes vestimen-
toz. pcedūt et inani glia v⁹ leuitate: dīcēte Gre-
gorio in quadā omelia sup Lucā. Nemo vesti-
menta precipua nisi ad inanē glām q̄rit: viddi
cet vt honorabilior ceteris videatur. Quod res
ipā testatur: quia nemo vult ibi p̄ciosis vesti-
bus indui: vbi ab alijs nō possit videri. z Ber-
nardus in apologia iquit. Vanū cor vanitatis
vitam ingerit corpori: z exterior supfluitas ite-
rioris vanitatis indicij est. Molliā vestimēta
molliāc animi indicant: nō enī tantū curaretur
corporis cultus: nisi prius neglecta esset mens
in cultra virtutibus. bec ille.

Re X predictis aut patz q̄ resp̄sibilis ē dī-
ca vestes nimia suptruositas. vt dīc Gre-
gorius sup Lucā. Unde legī in hīstorijs roma-
noz: q̄ ille qui p̄m⁹ apud illos purpura est in-
dutus: a fulmine percussus iterijt. Jcē curiositas
de qua Grego. vbi supra ait. Nemo existimet in
fluru z studio p̄ciosarū vestium pctm deesse: qz
si hoc peccatū nō esset nullo mō dñs Jobānem
de vestimenta sui aspirare laudasset zc. Jcē vesti-
mentoz supfluitas: ita q̄ a tincis demolunt⁹: z
Xps in paupibz nudus relinq̄tur. Unde Jaco-
bi. v. dī. Agite nūc diuites zc. Scq̄tur. Vestimē-
ta vestra a tincis comesta sūt. Et ideo Bernar-
ait. Clamāt nudi: clamāt famelici: nobis inq̄t
fame z frigore misabiliter laborāto: qd cōse-
rūt tot muratoria errēta in p̄ncis: vel plicata in
mannis. Nostrū ē qd effūdins: nobis crudeli-
ter subtrahit qd inaniter expēditis. z Ambrosi.
in. c. sic hī. dī. inq̄t tot vestes supfluas ha-
bēti. Viduaz indumentū est qd tu reducis. scilz
in capis. Nō solū autē in supfluitate z p̄ciosi-
tate vestis pōt esse defect⁹: sed etiā in vilitate. vñ
Bug. in li. de verbis dñi ait. Noueritis nō in so-
lo corpore: cap. rerum nitore atqz p̄pa: sed etiā in
ipīs soridibz z lutosiss esse posse iactantiā: z co-
p̄nulosiorē quo sub noīe futurus dei dāpit. vñ
Philosophus dicit in. iij. Etbi. q̄ supabundā-
tia z inordinatus defect⁹ ad iactantiā p̄tinet. Dī-
cit quoqz idem P̄b. vij. Etbi. q̄ viciū est trabe-
re vestimenta p terrā: sicut faciūt vane mulieres
portātes longas caudas: z plateas cū eis scopā-
tes. Marci aut carū vt facerent eis huiusmodi
caudas: scopauerūt bona pauperū rapinis: vsu-
ris: z stochis. Tales qz mulieres in hīeme cau-
dā p centū z lutū trahūt: z sic pānus inficiat z de-
struit: z oget tenere famulū v⁹ famulā ad pur-
gandam hmoi caudā: qui blaphemant sepe do-
minā suā: z interdū suscitāt rixē in domo si nō
sit bñ mūdara cauda. Et talis dñā est causa q̄
famuli v⁹ famle p̄dūt ip̄s dū occupant in pur-
gandē caude qd dberēt expēdere i op⁹ bonit⁹ z
vilit⁹. In estare at colligit pulices cum cauda z
ad domū portat. Jcē colligit pulices: z inde

generant emeo et tunc corrodentes panis. Itē p
cauda facit in via puluerē: et offendit alios gra
dientes q̄ carnet tale incensum porrigit mulier
vana tanq̄ cleric⁹ dyaboli. Per tale caudā vult
mulier assimilari vacis et alijs bestijs caudam
habentib⁹: et serpenti qui cundo facit viā tortuosā.
Et talis cauda est sella dyaboli. Un⁹ legat q̄ dū
sanctus Zeno semel iret post beatū Ambrosiū
vidit quādam mīserē cū longa cauda incedentē: et
cepit ridere. Reqsit autē a beo Ambrosio cur ris
sisset aut. Uidi q̄dā demones dormientes super
cauda talis mīseris: et dū ipa trāsiret p viam lu
rosam elevauit caudā: et demones in ea dormie
tes ceciderunt in lūm. Un⁹ alijs demones sequē
tes illā mīserē valde riserūt: et p̄terea nō. San
ctus autē Ambrosi⁹ orauit deum vt videret que
sanctus Zeno viderat: et exauditus a dño eadez
vidit. Sicut autē pauo habet gliam suā cauda
faciendo rotam: sic talis mulier in cauda maris
me gliatur. Et ideo dico vobis o deuote mulie
res illud. Reg. xij. Nolite dedinare post vana
que nō pderunt vobis. Sed fuare decretū Gre
gorij octauū in c. statum. d. vitat honesta. cleri.
dicens. Mulieres p̄iosis vestib⁹ et p̄prij corpis
longitudine excedentib⁹ amodo nō vtant: s; in
habitu honesto et moderato incedāt: qui nec la
sciuā nocent: nec iactantia vanitatis ondat. Et sic
gram dei habebitis in b̄ sclo et gliam in futuro

Eodē die post prandiu de documentis datis
militib⁹: magis et scolarijs: aduocatis et procu
ratorib⁹: iudicib⁹ ac notarijs: cōsiliarijs et medi
cis. Sermo vigesimū nonus.

Studium

vestrum ne
mo tollet a
vobis. Job. xvj. et i euāgelio occur
rens dñice. Inquit sapiens Eccl̄.
xxx. Iocunditas cordis ē vita hoīs
et Statius acerbis dōs li. j. ait. Dant gaudia vi
res. Eap̄pter Seneca i li. tragediarū exhortat
dicēs. Dum fata sinūt viuere leti. Proferat cur
sa vita citato. Volucresq̄ die rota p̄cipis voluēt
anni. Uter autē mīta sint que hoīem in hac vita
sine peccato lenificare possunt: tamē nihil est qd
maius gaudij causare i nostris cordib⁹ possit:
q̄ bene viuere et mandata dei obsequare. Ideo
Salomon Eccl̄. xij. inquit. Cognouit q̄ nō ēē
mel⁹ q̄ letari et facere bene in vita sua. et Eccl̄.
x. dicit. Vinū et musica lenificat cor: et super traq̄
dilectio sapientie. Quap̄pter vt habere valca
ris verum gaudij sapientie: qd in vita eterna
nemo auferre poterit a vobis: deliberant alijs
nouem statibus hominum in presenti sermone
diuine sapientie documenta tradere: militib⁹ vi
delicet magistrisq̄ ac scolarijs: necnō aduo
catis et procuratorib⁹: iudicibus et notarijs:
cōsiliarijs quoq̄ ac medicis.

De cōsilijs datis militib⁹.

2

Primo vobis militib⁹ ser consilia trado
Primo dicit iustificandis: vt scz nō acs
cedatis ad bellū iniustū. Que autē requi
rant ad hoc vt bellū sit iustū ponit Panoimic.
in. c. sicut. el. ij. d. iureu. Requirit autē q̄nq̄. s.
p̄sonas: reos: cōsiliarios: et auctores. Primo p̄sona
cui liceat bellare. s. seculari: non autē ecclesiastica
cui nō licet sanguinē fundere. xxiij. q. viij. c. deri
ci. nisi in necessitate inuitabili. Reo. s. vt fiat p
rebus recuperandis: vsq̄ q̄ fiat satisfactio de omī
damno iniuste ab hostib⁹ illato. argu. xxiij. q. ij
c. j. et q. iij. c. fortitudo. et q. viij. c. si nulla. Causa
scz necessaria p̄ defensio. extra de resti. spo. c. oli.
et q̄ causa sit licita. Et idē inq̄ Uegen⁹ lib. ij. de
re mili. q̄ iurare debēt milites quādo milite a
scribunt: se nō recusaturos mortē p̄ defensione
reipublice. Itē vt habet in vñbo seu. in titu. qui.
mo. seu. amir. in p̄n. tenet vasallus sub pena a
missionis feudi cū dño suo bellū ingredi et pro
cius defensione pugnare: qd intelligit fm glo.
de bello iusto. Bona est q̄ causa bellandi quaz
ponit Br. x. l. x. di. Bellam⁹ vt pacē ducam⁹.
Et Tullius in philippicis lib. vij. ait. Que cau
sa iustior est belli gerēdi q̄ seruitutis depulsiō.
Et idē in primo de officijs. c. xxxvj. dicit. Bellū
ita suscipiat vt nihil aliud nisi par questita vide
atur. Et idē habet in. c. noli. xxiij. q. j. S; m̄ malī
milites nollēt pacē: s; p̄tinue vellent esse bellum.
Und cum semel quidam ex fratrib⁹ nris obui
arent q̄busdā militib⁹: dixerūt eis. De⁹ det vob
pacem: que verba eis molestissima fuerūt. Pro
pter quā salutationē indignat⁹ sup̄ alios vius
et eis rñdit. Deus auferat vobis purgatorium
De qua rñsione ille interrogatus quid significā
care vellent rñdit. Sicut vos fame moreremini
nisi esset purgatoriu: p̄pter qd sunt vobis mul
te elemosine: vt orens p̄ aiab⁹ defunctorū: ita
nos male staremus nisi ēēt bella. Et ideo par
nobis est molestia. Isti autē nō sunt boni milites
sed illi q̄ seruāt illud Eccl̄. iij. vbi dicit. Pro ius
ticia agōnizare p̄ aia tua. Auctor quoq̄ libi q̄
d: facer⁹. c. x. ait. Quēq̄ decet patrias defendere
rpe belli. Si em̄ nō ēēt milites quā esset pacis
et securitatis cōsolatio. Un⁹ Uegen⁹ lib. iij. de re
mili. ait. Diuitiarū nō ē securā possessio nisi or
morū defensiōe seruet. Et iterū. Quis dubitat
artē bellicā omīb⁹ ēē ponere: p̄ quā libertas reti
net: et dignitas p̄uincie p̄pagat: et cōseruat impe
rium. Quarto ad bellū iustū requir̄ anim⁹ reo
vt nō ex odio vel affectuē vindicte: vel p̄pter cu
piditatem bellū fiat: sed ad correptionē vel p̄pter
charitatem: siue iusticiā et obedientiā. c. qd culpā.
et c. militare. xxiij. q. j. Quinto requir̄ auctori
tas superioris. xxiij. q. j. c. qd culpā. et q. ij. c. j. Dic
em̄ impator. L. vt armorū vsus infacio p̄nape
interdictus sit. l. j. lib. ij. Nulli proisus nob̄ in
scijs atq̄ incōsultis quorūlibet armorū motū
doriū copia tribuat. Dicit quoq̄ Hostiensis in

stima in ti. de penit. s. quib⁹. ver. quid de rapia.
q̄ bellum etiam potest fieri auctoritate ecclesie:
pura q̄: p̄cipue quādo pugnatur pro fide:
vel cōtra eum qui pro peccato mortali excomu
nicat⁹ nō vult parere. Qualiter autē possint bel
la mouere inferiores a p̄ncipe: et quā auctori
tate ponit Pano: miranus in dicto. c. sicut. de
iuramento.

Secundū documentū dicit miserandis.
Debetis em̄ seruare cōsiliū beati Jobis
baptiste qd dedit militib⁹. Luc. ij. dicens
Neminē cōuatiatio: neq̄ calūniā faciatis: et con
renti estote stipendijs vestris. Sed beu q̄ mul
ti regunt milites in quib⁹ verificata ē sententia
Lucani lib. x. di. Nulla fides pietasq̄ vñs q̄ ca
stra sequunt. Tertiū documentū dicit obediri
onis. Un⁹ dicit Uegen⁹ lib. ij. de re mili. q̄ milit
res q̄ ascribunt militie iurāt se oia strenue fa
ciuros que p̄cepit impator. Idē dicit in. li. ij. s.
in bello. ff. de re mili. q̄ trāsgredies mādara sui
impatoris debet capite puniri. Nō debet em̄ ali
quis obedire in his que sunt contra animā. ij.
q. iij. c. iulianus.

Quartū documentū dicit aggressiōis. De
betis em̄ milites audacter et animose ag
gredi pugnā: q̄ inq̄ Salust⁹ in carbi
linario. Semp in bello bis maximū est piculū
qui maxime timet. Audacia vō p̄ muro habet:
et Virgil⁹. ij. Enē. ait.
Una salus vñs nullā sperare salutē. Idē Gual
fredus in poetria dicit. c. xxx.
Si timor incuruet mentē simulatio vultum
Erigat: et clipeo vult⁹ succurre timor:
Uel si meno timeat: facies vult⁹ ipa timeri
Imo magis sperare vult⁹: monstratq̄ scrotem
Esse magis animū: si corp⁹ debile mens sit
Fortis: et erigat viros supplere memento
Spe gaudij. Sit em̄ Gualteri⁹ de castillione li.
bro. iij. Spes sane resuscitat egri agmē et i vul
tu victoria visa sedere. Virgil⁹ q̄q̄ in. x. Enē.
inquit. Audaces fortuna iuuat timidosq̄ repel
lit. Et idē p̄ceperat de⁹ Deur. x. q̄ q̄n popul⁹
israel pugnare debebat: duces tribuū prius ex
damarent audiente exercitu. Quis ē dō formi
dolosus et corde pauidus: vadat et reuertat in do
mū suā: ne pauere faciat corda fratru suoru sic
ip̄e timore p̄ternus ē. hec ibi. Sedm̄ autē cano
nes illi q̄ fugiūt a bello efficiunt infames. c. isaf
mes. v. q. j. et fm leges tanq̄ rei lese maiestatis
capite puniunt. L. omē delictū. s. qui in acie. ff. d.
re mili. Debetis q̄ o milites seruare illd Eccl̄. iij.
Usq̄ ad mortē certa p̄ iusticia.

Quintū documentū dicit morigerationis.
Debetis em̄ esse morigerati in oib⁹: ma
nente in domib⁹ in quib⁹ hospitamini: et
esse hospitib⁹ vestris fideles. Eū em̄ fides enaz
hosti seruanda sit. c. noli. xxiij. q. j. multo magis
amicis. Hoc documentū ponit Uegen⁹ de re

mili. lib. iij. di. Milites cui bellorū cōmittenda ē
fortuna morib⁹ debet excellere. Non est as em̄
idoneū milite facit. Sertū documentū dicit
missionis. s. voluptatis. Dicit em̄ p̄ dicit⁹ augor
vbi d. q̄ miles debet esse auster⁹: delinaz igna
rus: quo content⁹: atq̄ in laborū malorū coles
